

ministerium, quaedam indubie servus fuit, & coram Deo servitium pro populi incolumitate, cui & ipse ministrabat, tanquam verus Dei famulus. Quorsum hæc? Paucis dicam. Aaron, ex communi Patrum & expostorum mente, Christi supremi Ecclesie Antistitis typum præ se ferebat, & personam agebat. Unde in illo, & per illum in Tabernaculo ministrantem Christus ministrasse putandus est, quasi antitypus in typo, seu in umbra veritas. Exinceps jam ediscebat Christus, quomodo, abjectissimi servi formâ acceptâ, suæ esset Ecclesie coram Patre ministraturus, proferendo servitutis, liturgiæ, Missæ suæ, sive sacrificii sui scutum, ut divinam in homines iram cohiberet, sedaret, averteret. Iste Sacerdos (ait S. Isidorus ad c. 16. Numerorum) iste de celo veniens, plagam nostram exclusit; iste inter vivos & mortuos natus, vel mortuus. Sic & thuribulum passionis suæ accipiens, suspendit ignis æterni perniciem, inimicam pertulit mortem. Quod postea re ipsa effecit, facere tunc typicè ediscebat. Atque hoc illud esse putaverim, quod de se ait: In habitatione sancta coram ipso ministravi. ponitur enim hic vox illa ministravi; id est, in templo seu Tabernaculo sacris operatus sum, publicum & sacrum Sacerdotis obivi ministerium: Servi primero in el Tabernaculo para aprendere alo experimental à servir en mi Iglesia.

Aaron typus Christi, qui in illo ministrabat, uti servus.

S. Isidor.

Vetera sacrificia omnia divino cultui servientia, & populi commodis, Christi figuræ tunc inservientia.

Apoc. 13.

Isai. 43. 24.

Peccata pro sacrificiis ob peccata.

ANON

Ose. 4. 8.

1. Cor. 5. 21.

populi sui, id est, hostiis illis, victimis, & universo cultu Tabernaculi, & Templi; quia in omnibus illis sacrificiis typicè mactabatur Christus, tanquam res præfigurata, & in Crucis ligno mactandus.

1382 Septuaginta Interpretes legunt: In Christus peccatis tuis defendi te. Complutensis editio; quasi scutum pro scuto me opposui. Leo Castrus significantius vertendum putat: in peccatis tuis scutum meum opposui pro te. Eusebius Cæsar. apud Castrum: in peccatis tuis pro te steti, vel oblatum sum. Ecce qua ratione inferviebat Hebræorum populo Christus. Nimirum dum victimæ illæ Deo offerebantur ad ejus iram sedandam, & gratiam conciliandam, Christus ipse typicè offerebatur in victimis; ipse pro cliente stabat, seipsum pro hominibus irato Numini obiciebat, pro scuto sese opponere; sic profrensus servitutis suæ scutum (ut ajebat supra Rex sapiens) orationem, & per incensum deprecationem, restitit ira Dei: didicitque quo pacto, humanâ naturâ hypostaticè sibi unitâ, coram Deo ministraturus esset, & hominibus inserviturus, servilis conditionis pondus assumendo, mortem subeundo acerbissimam & ignominiosissimam, ac seipsum victimam expiatoriam offerendo. Ideo continenter subtextit Isaias: Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Quasi dicat: Vestra hæc sacrificia parum sunt ad expiandum peccatum efficacia; quod si vim aliquam expiatoriam habent, habent quidem à me in illis præsignato, & ministrante. Erit erit tempus cum non jam typicè inserviam, sed re omnino ipsa per memetipsum. Nonne hoc illud est quod ipse apud Matth. 20. 28. ajebat: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare; & dare animam suam redemptionem pro multis? Quasi Christi mors, sit ejus servilis ministratio. Quod spectat Pfalmodus 28. Pfalm. 39. 9. ubi Christus loquitur: Sacrificium, & oblationem nolisti (vetera nempe parum Deo grata,) aures autem perfecisti mihi. Hebraicè, aures autem perforasti mihi. Atqui, cum aurium perforatio esset apud Hebræos servitutis signum, ut videtur clarere ex Deuter. 13. 17. & Exod. 21. 6. servum se profitetur Christus, servilem formam assumpsisse, & servile passionis pondus subiisse, imò plusquam servile, ut observat S. Bona. de perfectio. vitæ cap. 6. Filius erat, & factus est servus; & non solum formam servi, ut subisset, accepit, sed etiam mali servi, ut vapularer; & erat non solum servus servorum Dei, sed servus servorum diaboli, factus serviens infima peccatorum peccata expurgando.

In Ecclesia Christiana non jam typicè inservit, sed re ipsa, ut servus. Matt. 20. Pf. 39. 9.

S. Bonav.

1383 Inter reliqua Mosaici Tabernaculi & Salomonici Templi sacra supellectilia, vas unum erat, seu Urna aurea Manna cælesti quidem cibo plena, & in sancto sanctorum ex Dei præscripto reposita coram Domino. Exod. 16. 32. ad Hebræ. 9. 4. Jussit id Deus, ut perpetuum extaret divinæ alimonie monumentum, quo ipse populum suum in vasta solitudine diu peregrinantem, per quadraginta continuos annos pavit, depluente singulis diebus summo ab æthere, & Angelorum ministerio, Manna; quod una in specie esca cum esset, virtute & gustu omnes complectebatur. Quid quæso, hoc aliud fuit, quam parari à Christo mensam in deserto? Pf. 77. 19. Quid aliud fuit, nisi regali convivio adornando sese ipsam incarnandam Sapientiam man-

Manna cælestis esca à Christo parata, & ministrata.

mancipari? Christus sanè ipse hunc cælestem cibum hominibus ministrabat. O quam luculenter id testatur Salomon Sap. 16. 20. Angelorum esca nutriti populum tuum, & paratum panem de celo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Cujus rei rationem reddat: Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat; & deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur. Quasi dicat: Ideo Manna unus cibus universis simul aggregatis æquivalere, quia substantia Dei erat. Quod sic præclare explicat Opatius Milevitanus relatus à Glossa ordinaria. Parisiensi Staniam Filium esse Prophetis jam olim designatum est oraculis, dicente Salomone: Substantiam enim, & dulcedinem tuam, quam in filios habebas, ostendebat. Quam figurâ, & imagine panis cælestis, populo Israel cælitus apparet profussisse. Vides Dei Filium Christum Dominum substantiam illam esse, quæ typicè è caelo profuxit, Manna defluente? Hæc porro substantia inservivisse dicitur peregrinanti per eremum populo: deserviens uniuscujusque voluntati. Ipsa Dei substantia, ipse Christus in Manna subserviens intelligitur & obediens hominum voluntati, desiderio, & appetitui. Quid hoc? Ediscebat exinceps Verbum, quomodo corporatum seipsum, non typicè jam, non figurativè, sed verè ac re ipsa, in cibum & potum hominibus esset ministraturus in alma Eucharistia; ubi indubie servi in mensa ministrantis personam agit.

Manna, Dei substantia id est Christi.

Glossa.

Christus in Manna subserviens, & obediens in Tabernaculo.

Cant. 1. 1.

Tuccius.

Quasi servus pocula ministrans potus nos Christus suo sanguine.

Formam servi habet in Eucharistia.

Dion. Alex.

Dei accipientes eum totum. Non erat Christus naturâ vilis, & servus, sed naturâ Dominus; serviendo autem, atque hominibus ministrando suum corpus & sanguinem qua ratione ministrat in Eucharistia sacramento, exinanivit semetipsum; ut subtextit Dionysius: Qui enim dominatur, serviendo facit exinanitionem sui. O obsequiosa Dei bonitas! O mira Christi dignatio! O nova benevolentiae ars!

1385 Denique observo quod magis mireris: nempe Christum sua jam in gloria constitutum nequaquam à ministerio & obsequiorum submissione quiescere; adhuc ibi humanitatem suam vel in humili obsequio demonstrat, æternumque demonstrat; adhuc in illo regno, & habitatione sancta coram Deo æternum convivium ministrat filiis immortalibus. Ministravit primò in manufacto Tabernaculo: deinde in non manufacto non hujus creationis, non humani artificii, & fabricationis, nempe Christiana Ecclesia: ac demum introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa: id est, in ipsam celum (ut Paulus ad Hebræ. 9. 24. scribit) ut appareat nunc veluti Dei pro nobis: ut apparendo oret, & interpellat pro nobis: & signatim ut gratum servitium exhibeat suis, & convivia ministrat lautissima. Est hoc, quod ipse ajebat Luca 12. 37. Luc. 12. 37.

Ad Heb. 9. 11.

Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Audi S. Thomam in Opul. 63. cap. 2. §. 3. numero 10. sic subtiliter & sapienter sentem: Est & aliud (in æ. S. Thom. terna Beatitudine) inflammans animam ad amandum Deum, scilicet divina humilitas, de qua nimis admiratur anima. Nam Deus omnipotens singulis Angelis sanctisque animabus in tantum se subiecit, quasi sit servus emptius singulorum: quilibet verò ipsorum sit Deus suus. Ad hoc inveniendum transiens ministrabit illis, dicens Pfalm. 81. 6. Ego dixi: Dii estis. Hæc autem humilitas causatur ex multitudine bonitatis, & divinæ nobilitatis, sicut arbor ex multitudine fructuum inclinatur. Quid argutius? Facessit magnum negotium Interpretibus illud Christi pronunciatum Mat. 11. Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: qui autem minor est in regno calorum, major est illo. Assentio Augustino, Hieronymo, Bedæ, & aliis apud Maldonatum nostrum existimantibus regnum calorum, hic cælum ipsum esse. Minorem autem in eo regno Christum ipsum extare putant Rupertus, & alii. At quomodo Christus in cælis regnans, minor? Aperit Rupertus lib. 9. Christus Jesus minor cunctis parvulis, humilior humilibus cunctis, miro modo ministrans, ut minimus, regnans ut maximus. Porro celsitudinem suam vel in humili obsequio ostendit Christus in caelo, humilior cunctis, & submissione mira omnibus, & singulis, ministrans coram Deo in Tabernaculo illo, quod nequaquam transferri poterit, &c. Isai. 33. 20.

Luc. 12. 37.

Luc. 12. 37.

Matt. 11. 11.

Minor in regno calorum Christus dicitur, id est, humilior, cunctis ministrans. Rupert.

SECTIO II.

Regia Christi sedes in Jerusalem unde olim Israeliticum populum gubernabat; sic præludens futuram ipsius in Ecclesia Christiana regimen & gubernandi gloriam.

1386 Commendat luculenter Incarnata Sapientia non suum dumtaxat supremum

2. Reg. 5. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Græcè, Regalis majestas mea. Etenim vix dum totius populi consensu, vitâ jam sancto Saule, Rex Hebræorum constitutus est David, cum Sionis arcem expugnavit, non absque ingenti Jebusæorum illam occupantium intereptione. Totius Regni sedem, imò & religionis domicilium, & asyllum Jerosolymam, & nominatim eam arcem esse voluit, utpote inexpugnabilem locum amœnissimum, & terræ Chananitidis quasi centrum, & umbilicum. Ibi, in ipsa nempe Sionis arce, in sua ipsius regia, Tabernaculum construxit, atque eodem testamenti Arcam summa cum pompa, & celebritate traduxit ex Obbedonis domo usque dum magnificentissimum Salomonis Templum aedificatum fuit, & in eo Arca collocata 2. Reg. 6. 12. Abiit ergo David, & adduxit Arcam Dei de domo Obbedon in civitatem David cum gaudio.

Quorsum hæc? Certè illud unum præsertim, quo nihil habuit antiquius, Rex David totis viribus intendebat, ut Regi sæculorum Christo ibi regia, Regiusque thronus firmaretur, ut tanquam Rex supremus, per quem Reges regnant, inde in totum Israelis regnum decreta regia ad rectam populi gubernationem daret, ac diffunderet. Erat enim Arca cum Propitiatorio quasi augustissimus Christi thronus, ut Patres observant; maxime D. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Joan. cap. 28. premens illud Davidicum, Deus, cum egrederis in conspectu populi tui, &c. Psalm. 67. 8. Vides, ait, Christi figurâ fuisse Arcam, cum enim Arca præcederet, Deus præcessisse aperte dicitur. Hinc Arca ipsa ab Israelitis ipso Christi nomine Deus, ac Dominus crebrò dicebatur. Exod. 28. 30. & c. 39. 8. Jofue 3. 11. juxta Hebræum: Ecce Arca fœderis, Dominus universæ terræ. Qua de re lege Mendozam nostrum in 1. Reg. 4. 7. n. 2. & in cap. 5. vers. 5. Notatione 17. Sect. 1. ubi Patres recenset, qui Christum Dominum in Arca fœderis adumbratum existimant. Paulus Propitiatorium, in altum à Cherubinis elevatum supra Arcam, putat, esse Christi typum; imò sic Christum appellat ad Roman. 3. 25. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, &c. Multi ex Patribus pro propitiationem, ex Græco propitiatorium legunt. Græci etiam Origenes, Chrysof. & alii ad Græcam præpositionem attendentes, exponunt: ante proposuit, seu præordinavit propitiatorium: nimirum in legalis illius propitiatorii typo: extunc quidem antè signatus & præordinatus Christus, ut verum illius populi, & totius orbis propitiatorium, & propitiatio. A veteri illo propitiatorio divina oracula edebantur, atque idcirco propitiatorium oraculum nominatur Exod. 25. 18. & cap. 37. 6. & Num. 7. v. ultimo. Est autem multorum Patrum, & expositorum existimatio, secundam Triados personam, æternam Patris Sapientiam Christum Dominum, non per Angelos, sed per semetipsum, ibi responsa dedisse ad rectam totius Regni sive in pace, sive in bello gubernationem. Inde divina auxilia procedebant, & divina in

1387 Hinc David, cum jam in Regem super Israel esset receptus, & in monte Sion sibi, vel potius Christo Domino nepoti suo, regiam delegisset; videretque latè spargi in vulgus, Philisthæos fremere, quòd Rex ille factus esset, Dei spiritu afflatus secundum Psalmum cecinit; Quare fremuerunt gentes, &c. quem Christiani expositores passim de utroque Rege, Christo & Davide interpretantur: de Christi in re, de Davide in figura; & quidem, ut ego reor nonnullis adhærens, utrumque in litterali, sive historico sensu. Illa dumtaxat verba expendo insituito nostro peropportuna: Ego autem constitutus sum Rex super Sion montem, sanctum ejus, prædicans præceptum ejus. Si Davidis verba sint de se loquentis, ostendit ad novam gloriam, & Idignitatem regiam se fuisse à Deo evectum super Sion montem, ubi sedem regni collocavit. Si verò Christus ipse loquatur, demonstrat, se in Davide progenitore Regem constitutum esse, ac declaratum, & super Sionem montem in typo regnasse, regnaturum postmodum re ipsa in Ecclesia Christiana, regali acceptâ Hypofaticæ unionis unctione. Ut enim Angelus ad Virginem Luc. 1. 32. Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus; & regnabit in domo Jacob in æternum, & Regni ejus non erit finis. Chaldæus, & Symmachus activè legunt: Ego unxi Regem meum: vel juxta aliorum translationes, constitui, præfeci, creavi, declaravi, fudi oleo, inauguravi, regnare feci Regem meum. Et sunt qui putant, loqui hic Christum, ut qui Davidem constituerit, unxerit ac declaraverit Regem populi Hebræorum. Ad Christum quippe signatum spectabat, uti Prophetas creare, ita etiam Reges præficere, & inungere. Subinde David, & cæteri illius Reipublicæ Reges, Christi, seu Messie dicti, id est, uncti, à Christo videlicet, qui per antonomasiam Hebræicè Messias, Græcè Christus, Latine unctus appellatur. Sic David in hoc eodem Pf. 10. v. 2. seipsum Christum appellat, seu Messiam. Et 1. Reg. 26. 9. Christus Domini dicitur. Et Psalm. 104. 25. Nolite tangere Christos meos. Rectè ergo S. Augustinus in Pf. 44. Non in aliquo ungebantur (sacra scilicet unctione) nisi in illo regno, ubi Christus prophetabatur, & ungebatur. Quasi dicat: Et in Davide, & in cæteris Hebræici populi Regibus Christus præsertim ungebatur; Rex ipse inaugurabatur, & præficietur, quasi ille potissimum regni clavum teneret; sic futurum suum in Ecclesia orthodoxa regimen, & gubernandi gloriam præludens.

1388 A Davide ad ejus filium Regem Salomonem deveniamus, qui ad regnum evectus electione divina, & dispositione paterna, regiam summi Regis nostri Christi figuram gessit, ut passim fatentur Ecclesiæ Doctores, & res ipsa penè emissa voce loquitur. Qua de re splendide & fuse noster Pineda in suo prævio Salomone, & P. Salius Tom. 3. Annaliu. Anno mundi 3059. à num. 11. Rex hic Hebræorum clarissimus, post fundatam ab ipso constructam, & stupenda magnificentia consummatam admirabilem sacrosancti Templi fabricam in monte Sion, sive Moria; ex Sionea arce Arcam transfudit ingenti apparatu, magno tubarum clangore, tympanorum, & aliorum instrumentorum sonore; magna sacrarum hymnorum harmonia, magna totius populi

Delecta arx Sion pro Christi sede Regia. Psalm. 2. In Davide & à Davide Christus Rex unctus in Sione. Luc. 1. 32. Christus, id est, unctus in Hebræis Regibus. S. August. Templi Salomonici fabrica ad Christi honores prævio spectabat, in Arca præfigurati.

In Sionis arce Arca collocata à Davide, ut Christi typus. 2. Reg. 6. 12. Propitiatorium Christi figura. Rom. 3. 25.

Propitiatorium Christi figura. Rom. 3. 25. Templi Salomonici fabrica ad Christi honores prævio spectabat, in Arca præfigurati.

populi lætitia, & triumpho, multaque victimarum immolatione: atque eam in augustissimum Templi loco, interiori nempe domo, aedyto, oraculo, sanctuario, sive sancto sanctorum religiosissimè collocavit, ut summa cohereret religione, & magnificentissimo cultu. Quid hoc? Cultus planè hic fuit summo Regi sæculorum Christo Jesu à Rege progenitore exhibitus. Christum enim è regio illo Arce folio regnantem Deo afflatus agnoscebat, regnaturum majori majestate & gloriâ in populo Christiano. 1389 Huc spectant illa Salomonis verba Cant. 3. 9. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani: columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constravit propter filias Jerusalem. Pro ferculum, est Hebræicè appirion variae significationis. Aben Ezra putat ad eum esse sumptuosam: alii aedificium reddunt, Templum, palatium, aulam. R. Salomon eo ferculo significari autumat Tabernaculum testimonii, quod erat, in Silo: nonnulli verò Templum ipsum à Salomone constructum. His nunc assentiamus, & rem totam illustret Chaldaica Paraphrasis in hunc modum: Templum sanctuarii aedificavit sibi Rex Salomon de lignis cedrinis, & arceubinis, & pinis, quæ adducuntur de libano; & operuit illud auro purissimo. Et postquam consummavit illud, posuit in medio ejus Arcam testimonii, quæ erat columna sæculi: & in medio ejus erant due tabule lapideæ, quas reposuit ibi Moyses in Horeb, quæ erant præciosiores argento purgato, & pulchriores auro optimo. Et extendit, & obumbravit super eam velum hiacinthinum, & purpureum, & inter Cherubim, quæ erant super propitiatorium, residebat majestas Domini, qui habitare fecit nomen suum in Jerusalem magis quam in omnibus urbibus terre Israel. Rab. Salomon illud, media charitate constravit, sic effert: Et in medium ejus erat ordinata Charitas, quam representabat Arca, propitiatorium, & Cherubim, & tabule. Agnoscis in ferculo illo magnificentum Templum, regiam aulam, seu palatium à Salomone aedificatum? Agnoscis eò eam fabricam spectasse, ut ibi testamenti Arca cum suo propitiatorio, & Cherubinis collocaretur, in qua Dei resideret majestas non absque ingenti boni sui nominis, & famæ celebritate quoque versus diffusâ. Christum igitur agnosce, quem agnoscebat Salomon è throno Arceæ regio regnantem, & medium occupantem Templum, in quo pomposè residebat tanquam propitiatorium totum aureum, & charitate ignitum, splendidissimumque amoris theatrum: Quem ante proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, &c.

1390 Subinde maturè satis, elatâ Salomon voce Jerosolymitanos sic invitavit omnes, ut sponsum Regem Christum spectent, verum Salomonem diademate coronatum in die festivissimo & gloriosissimo desponsationis suæ. Egredimini, & videte, filia Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis sua. Certè dies dedicationis Templi, & translationis Arceæ, imò & septem illud dierum spatium, quibus duravit dedicatio, dies appellatur lætissimus, ut claret ex 3. Reg. 8. Dies item desponsationis Christi solemnissimus, in quo Hebræorum sibi populum, sponsam, tanquam Reginam utique ipse publi-

cè, multoque plausu copulavit. Quid enim in sacris litteris frequentius, quàm Hebræorum populum sponsæ nomine compellari, & adulteri nomine accusari, cum à Deo deficiebat? etenim genialis traductio extitit ille ex Ægypto egressus, & longa per eremum peregrinatio, non absque facibus, & lampadibus columnæ nubis & ignis: in sponsæ modum molliter, atque amanter in promissas sedes introductus populus ille est. Tandem, absoluto Salomonis Templo, ad domum suam sponsus sponsam deduxit, & introduxit, quasi in mysticum thalamum, ut in sponsi sinu frequenter amatoris perfrueretur. deliciis. Templum enim quandoque thalamus appellatur, ut nosser observat Sanctus Prolegom. 6. in Cantica numero 28. ex Deuter 33. 12. Et in hoc Cantico loco, quem versamus, ferculum nonnulli putant esse thalamum, & Templum. Publica hæc deductio & introductio, tunc splendide celebrata fuit, cum Salomonis Templum dedicatum est, & eò Arca traducta, & collocata in Sancto sanctorum ingenti omnium populorum concursu, & acclamationibus, quibus universi, præeunte Salomone Rege, Regem augustiorem Christum jam tunc un Arca designatum, & in Propitiatorio præordinatum gloriosissimè evulgabant; quasi eum tunc ejus mater Synagoga diademate coronaverit, quod est principatus argumentum. 1391 Rursus, ut jam exinceps in Salomone Rege regnantem Christum contempleris, preme Psalm. 71. vers. 5. verba, in quo David canendi finem fecit, & propheticè egit de felicissimo Salomonis filii sui regno, Christum respiciens præcipue, qui plusquam Salomon jam illi erat. Et permanebit cum sole, & ante lunam, in generatione, & generationem. Cygneis istis vocibus æternitatem Regis Christi, & regni ipsius, non verò Salomonis celebrari, plures arbitrantur: alii verò utrique hæc convenire, sed in primis Christo, haud malè sentiunt, in quibus noster Pineda lib. 6. de Rebus Salomonis c. 20. num. 13. ubi quærens, quomodo Salomonis regnum æternum sit, respondere ita argutè, ac sapienter: Salomonis gloria & regnum non perit neque evanuit, si Salomonem à Christo non separet; offert enim regnum Salomon, & offert Christo; cui Dei Filius diuturnitatem, imò æternitatem confert. Quare in ipsa Salomonis sede, & throno regio, & in ipso Salomone pro tribunali sedente alium Regem, qui Christus ipse sit, cum æternitatis stabilitate sedentem contemplatur David. Et cum thronus regius utrique, id est, Salomoni, atque Christo sit communis, jam dicitur, thronus Dei, 1. Paral. 29. 23. Sedit Salomon super solium Domini in Regem; & 1. Paral. 29. 5. 23. Elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini. Et rursus Luc. 1. 31. Dei Filius Jesus sedet in sede David, quæ eadem est, quæ Salomonis. Hinc jam vides, quare firmetur regnum Salomonis in æternum; nempe quia thronus Davidis, & Salomonis æternitatem à Christo Domino accipit. Huc usque disertissimus Pater. Unde magna instituto nostro lux conciliatur, qui autumamus, regium Christi thronum in Jerusalem firmatum, à quo ipse Israeliticum populum gubernabat, futurum ipsius in Ecclesia Christiana regimen, & gubernandi gloriam præludens;

3. Reg. 8. Cant. 3. 9. In Davide & à Davide Christus Rex unctus in Sione. Luc. 1. 32. Christus, id est, unctus in Hebræis Regibus. S. August. Templi Salomonici fabrica ad Christi honores prævio spectabat, in Arca præfigurati.

In Sionis arce Arca collocata à Davide, ut Christi typus. 2. Reg. 6. 12. Propitiatorium Christi figura. Rom. 3. 25.

Propitiatorium Christi figura. Rom. 3. 25. Templi Salomonici fabrica ad Christi honores prævio spectabat, in Arca præfigurati.

1391 Rursus, ut jam exinceps in Salomone Rege regnantem Christum contempleris, preme Psalm. 71. vers. 5. verba, in quo David canendi finem fecit, & propheticè egit de felicissimo Salomonis filii sui regno, Christum respiciens præcipue, qui plusquam Salomon jam illi erat. Et permanebit cum sole, & ante lunam, in generatione, & generationem. Cygneis istis vocibus æternitatem Regis Christi, & regni ipsius, non verò Salomonis celebrari, plures arbitrantur: alii verò utrique hæc convenire, sed in primis Christo, haud malè sentiunt, in quibus noster Pineda lib. 6. de Rebus Salomonis c. 20. num. 13. ubi quærens, quomodo Salomonis regnum æternum sit, respondere ita argutè, ac sapienter: Salomonis gloria & regnum non perit neque evanuit, si Salomonem à Christo non separet; offert enim regnum Salomon, & offert Christo; cui Dei Filius diuturnitatem, imò æternitatem confert. Quare in ipsa Salomonis sede, & throno regio, & in ipso Salomone pro tribunali sedente alium Regem, qui Christus ipse sit, cum æternitatis stabilitate sedentem contemplatur David. Et cum thronus regius utrique, id est, Salomoni, atque Christo sit communis, jam dicitur, thronus Dei, 1. Paral. 29. 23. Sedit Salomon super solium Domini in Regem; & 1. Paral. 29. 5. 23. Elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini. Et rursus Luc. 1. 31. Dei Filius Jesus sedet in sede David, quæ eadem est, quæ Salomonis. Hinc jam vides, quare firmetur regnum Salomonis in æternum; nempe quia thronus Davidis, & Salomonis æternitatem à Christo Domino accipit. Huc usque disertissimus Pater. Unde magna instituto nostro lux conciliatur, qui autumamus, regium Christi thronum in Jerusalem firmatum, à quo ipse Israeliticum populum gubernabat, futurum ipsius in Ecclesia Christiana regimen, & gubernandi gloriam præludens;

In Salomone Rege regnantem Christum contempleris, preme Psalm. 71. vers. 5. verba, in quo David canendi finem fecit, & propheticè egit de felicissimo Salomonis filii sui regno, Christum respiciens præcipue, qui plusquam Salomon jam illi erat. Et permanebit cum sole, & ante lunam, in generatione, & generationem. Cygneis istis vocibus æternitatem Regis Christi, & regni ipsius, non verò Salomonis celebrari, plures arbitrantur: alii verò utrique hæc convenire, sed in primis Christo, haud malè sentiunt, in quibus noster Pineda lib. 6. de Rebus Salomonis c. 20. num. 13. ubi quærens, quomodo Salomonis regnum æternum sit, respondere ita argutè, ac sapienter: Salomonis gloria & regnum non perit neque evanuit, si Salomonem à Christo non separet; offert enim regnum Salomon, & offert Christo; cui Dei Filius diuturnitatem, imò æternitatem confert. Quare in ipsa Salomonis sede, & throno regio, & in ipso Salomone pro tribunali sedente alium Regem, qui Christus ipse sit, cum æternitatis stabilitate sedentem contemplatur David. Et cum thronus regius utrique, id est, Salomoni, atque Christo sit communis, jam dicitur, thronus Dei, 1. Paral. 29. 23. Sedit Salomon super solium Domini in Regem; & 1. Paral. 29. 5. 23. Elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini. Et rursus Luc. 1. 31. Dei Filius Jesus sedet in sede David, quæ eadem est, quæ Salomonis. Hinc jam vides, quare firmetur regnum Salomonis in æternum; nempe quia thronus Davidis, & Salomonis æternitatem à Christo Domino accipit. Huc usque disertissimus Pater. Unde magna instituto nostro lux conciliatur, qui autumamus, regium Christi thronum in Jerusalem firmatum, à quo ipse Israeliticum populum gubernabat, futurum ipsius in Ecclesia Christiana regimen, & gubernandi gloriam præludens;